









4.

C. 24 num. 20.

1768

AA

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA  
DE

**PACTIS DOTALIBVS  
SECUNDVM  
I V S C O M M V N E  
ET  
STATVTVM FRANCOVRTENSE  
CONSIDERATIS**

C. 39A.

QVAM  
INDVLTVM  
ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRIDICAE  
IN ALMA LVDOVICIANA  
PRAESIDE

**D. FRANC. IVSTO KORTHOLTO**  
ACADEMIAE PROCANCELLARIO

**PRO LICENTIA**

SVMOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
RITE CAPESSENDI

DIE XXVI. AVG. MDCCLXVIII.

H. L. Q. C.

PVBLYCO PROCERVVM ACADEMIAE EXAMINI  
SVBMITTET


A V C T O R

**GEORGIVS WILHELMVS BVCK**

MOENO - FRANCOVRTENSIS.

\* \* \* \* \*

GISSAE  
EX OFFICINA BRAVNIANA.









SACRI ROMANI IMPERII  
LIBERAE REIPUBLICAE MOENO - FRANCOFVRTENSIS  
SENATVI AMPLISSIMO

VIRIS  
PERILLVSTTRIBVS, MAGNIFICIS, GENEROSISSIMIS,  
PRAENOBILISSIMIS, CONSVLTISSIMIS,  
PRVDENTISSIMIS

DOMINIS  
PRAETORI  
CONSVLIBVS  
SCABINIS  
SYNDICIS  
SENATORIBVS

ET  
EX EORVM NVMERO NOVEM  
QVI  
AVGVSTISSIMI IMPERATORIS  
CONSILIARII ACTVALES SVNT  
PATRIAE PATRIBVS OPTIMIS  
PATRONIS ET MAECENATIBVS  
INDVLGENTISSIMIS

DOMINIS SVIS FAVORIBVS  
SVMMPERE COLENDIS



DISSERTATIONEM HANC INAVGVRALEM  
CVM PERPETVAE FELICITATIS VOTO

OMNIQVE QVA DECET REVERENTIA

SVBMISSE OFFERT

AVCTOR.





## PRAEFATIO.



**M**irum videri posset, me ad conscri-  
bendam dissertationem inaugura-  
lem argumentum de *actis dotali-*  
*bus* elegisse, cum iam IO. OTTO TABOR anno su-  
perioris saeculi sexagesimo quarto *paratitla ad tit. di-*  
*gestorum de actis dotalibus*, respondente *Henrico Meu-*  
*vero*, ventilaturus veniam petierit, quod post *Fon-*  
*tanel-*



tanellam, Neostadium & Koblium, thema hoc denuo tractandum susceperit. Ab illo enim tempore longe plura egregia scripta, quae auctoribus nominatis procul dubio palmam praeripiunt, & quibus haec materia, tum ex iure Romano, tum ex iure patrio, accurate est excussa, in lucem prodiiisse, nemo ignorat. Et quod speciatim ad *reformationem nostram Francofurtensem* attinet, non tantum laudatus TABOR loca ex illa huc facientia dissertationi suae passim illustrationis causa inseruit; sed etiam PHILIPP. WILHELMVS PERSBECHER in dissertatione *de iure mulieris Francofurtanae secundum statutum patriae*, quam Altdorffii anno MDCCXIX. publicae perquisitioni exposuit; & praecipue celeberrimus ORTHIVS in excellenti suo ad *reformationem Francofurtensem*  
com-



*commentario P. III. ea, quae ad hanc quaestionem  
pertinent, solide & summa industria pertractarunt.  
Quia tamen ratio TABORIS, qua in sui excusatio-  
nem ante centum, & quod excurrit, annos vsus est,  
quod scil. subinde intelligamus, graues etiam iurisconsul-  
tos in controuersis hinc obortis, diuersis inter se senten-  
tiis & diffensionibus collidi, hodiernum valet; & noua  
in dies eam in rem litigia, quae nostra aetate vix  
expectanda sunt, inprimis quoad celebrem illam  
distinctionem pactorum dotalium in *simplicia &  
mixta*; & *solemnia*, quae in vtraque specie adhiben-  
da sunt, enascuntur, quae ductu *reformationis nostrae*  
facili negotio decidi posse videntur: non prorsus in-  
utilem laborem me collocaturum putavi, si data hac  
occasione quaestionem toties disputatam resumerem.*

Qua



Qua in re ita versabor, vt de pactis dotalibus primo  
secundum *ius Romanum*, deinde secundum *ius Ger-  
manicum*, denique secundum *statutum Francofurten-  
se*, agam. Nemo vero perfectam omnium, quo-  
rum in pactis dotalibus ratio haberi solet, expli-  
cationem a me expectabit. Dissertationem nam-  
que *academicam*, non librum, scripturus, praeci-  
pua saltem seligam. Adnuat Deus coeptis!

SECTIO







## SECTIO PRIMA.

### DE PACTIS DOTALIBVS SECVNDVM IVS ROMANVM.

#### §. I.

#### DEFINITIO FACTORVM DOTALIVM.



Quemadmodum nuptiis dos, ita doti varia accedere solent pacta, quibus tum ipsi doti, tum donationi propter nuptias, quam maritus vxori constituere debet; interdum etiam bonis, quae vxor praeter dotem infert, certae dicuntur leges accurate seruandae. Ex quibus, quid Romanis fuerint *pacta dotalia*, facile patescit. Sunt enim pacta legi-

A





legitima a) de dote & donatione propter nuptias, aliisque sibi inuicem a coniugibus praestandis b) inita.

a) L. 6. C. de dotis promissione.

b) t. r. ff. de pactis dotalibus, atque C. de pactis conuentis tam super dote, quam super donatione ante nuptias, & parabenis.

## §. II.

### QVID DOS?

Quae ut rectius intelligantur, de singulis, quae pacta dotalia iure Romano ingrediuntur, paucis dispiciendum est. Primo occurrit, dos, quae est res a muliere, vel ab alio mulieris nomine, marito data ad ferenda matrimonii onera a). Eius igitur non tantum fructus, tum naturales tum ciuiles, percipit maritus b), sed etiam dominium acquirit c), reuocabile scilicet & ciuile, cum naturale dominium apud uxorem maneat d).

a) L. 7. pr. L. 56. §. 1. L. 76. ff. de iure dot. L. 20. C. eod. L. 21. §. 1. ff. de donat. inter virum & uxorem.

b) L. 7. pr. §. 1. L. 10. §. 3. ff. L. 20. C. de iure dotium.

c) L. 7. §. 3. ff. L. 3. L. 23. C. de iure dot. L. 9. C. de rei vindic. VINNIUS ad pr. I. quib. alien. licet. NOODT commentar. ad ff. b. t.

d) L. 30. C. de iure dotium. VINNIUS loc. cit.

## §. III.





## §. III.

## QVID DONATIO PROPTER NUPTIAS?

Respondet doti *donatio propter nuptias a)* quae ex parte mariti datur vxori in securitatem & remunerationem dotis *b)*. Quamuis illa in plerisque, praecipue in *quantitate & in pactis c)*, vti & respectu vel restitutionis soluto matrimonio faciendae *d)*, vel lucri penes superstitem coniugem remansuri *e)*, cum dote pari passu ambulet *f)*: fructus tamen ex eiusmodi rebus donatis constante matrimonio percepti non vxori, sed marito acquiruntur *g)*, quia omnia matrimonii onera solus sustinet *h)*.

*a)* Dicta olim donatio *ante nuptias*, quia constante matrimonio fieri non poterat, ne fraus fieret iuri, quo donatio inter coniuges prohibetur. *t. t. ff. § C. de donat. inter virum & vxor.* Quod Imperatores IVSTINVS & IVSTINIANVS postea mutarunt. *L. penult. § ult. C. de donat. ante nuptias. Nou. 97.*

*b)* Haec est communis sententia. Sed intercessit *Perillus* FRIDER. ESAIAS PVFENDORF, qui in *observationibus iuris vniuersi Tom. II. obs. XXXIX.* probare sagit, donationem propter nuptias lucro vxoris cessisse, non tantum si dotem saluam non habuisset, aut de lucranda hac donatione in pactis dotalibus conuenisset, sed semper, quando liberi ex communi coniugio mortuo marito superstites essent. add. HEINECCIUS *disert. de vxore Romana per propter nuptias donationem de alimentis secura tantum.*

*c)* *Nou. 97.*

A 2

*d)* *L. 2.*





d) *L. 2. ff. soluto matrim L 18. C. de donat. ante nupt.*

e) *Nou. 61. cap. 1. Nou. 91. cap. 2. Nou. 97. cap. 1.*

f) An etiam dominium rerum propter nuptias donatarum uxori acquiratur? disputant. Adfirmant illud post alios STRUVIUS *Exerc. XXX. §. 36.* & STRYKIVS *Vf. modern. Lib. XXIII. Tit. III. §. 12.* Negant BACHOVIVS & VINNIUS *ad §. 3. I. de donat. cum HEINNECCIO in subiecta ad VINNIUM nota.* LAVTERBACH *de donat. propter nuptias, §. LIII.* MÜLLER in *additionibus ad STRUVIUM loc. cit.* Posterior sententia verior videtur.

g) VINNIUS *ad §. 3. I. de donat. num. 4.* VOETIVS *commentar. ad tit. ff. de iure dotium, §. XXI.* STRYK *Vf. modern. tit. eod. §. XII.* Dissentit DONELLVS *Lib. XIV. cap. IX.*

b) *L. 29. C. de iure dotium.*

#### §. IV.

QUID BONA PARAPHERNALIA ET RECEPITIA?

Quae vxor praeter dotem ad maritum adfert, graeco nomine *parapherna* adpellantur, a *πάρα* & *φάρμα*, quae vox dotem significat a). Illorum plenum dominium vxor retinet, adeoque libere de iis disponere, atque maritum omni administratione prohibere potest b). Et haec tenus recte dicitur, ius Romanum duo saltem genera bonorum vxoriorum nosse, *dotalia* & *paraphernalia*. Si tamen non prohibet, maritus est legitimus administrator c); vsumfructum tamen





tamen non habet, sed vxori ad rationes reddendas tenetur d). Minime igitur deferenda est sententia communis, qua *paraphernalia* vltcrius distinguuntur in *paraphernalia strictè sic dicta*, quorum administrationem vxor marito concedit, & *receptitia*, quae mulier sibi recipit, & a rebus mariti prorsus separata habet e). Priora enim a posterioribus differre res ipsa loquitur, & diuersi, quos in iure sortiuntur, effectus satis monstrant. Sic ratione *paraphernalium strictè dictorum* vxor gaudet iure hypothecae tacitae in bonis mariti f). Hic etiam, vti iam dictum, ad rationes reddendas tenetur, & dolum atque culpam praestare debet g). Quae omnia secus se habent in bonis *receptitiis*. Quodsi igitur realis adest differentia, quid prohibet, diuersas res doctrinae causa diuersis nominibus afficere, quamuis in legibus non occurrant h).

a) *L. 9. §. 3. ff. de iure dot. L. 8. C. de pact. conuent. HVLDERICVS ab EYBEN de iure paraphernalium, thes. 1.*

b) *L. 8. C. de pact. conuent.*

c) *L. 9. §. 3. de iure dot. L. 31. §. 1. ff. de donat.*

d) *L. 95. pv. ff. ad L. Falcid. L. vlt. C. de pactis conuent. Maritum vsuras de nominibus paraphernalis exactas tam in suam quam vxoris vtilitatem expendere posse, diferte dicitur in dict. L. vlt. C. de pactis conuent. conf. Colleg. Iur. Argentor. tit. de iure dotium, §. 27. BRUNNEM. ad L. 8. §. vlt. C. de pact. conuent. n. 4. EYBEN loc. cit. §. XXXI.*





Sed B. IVST. HENNING. BOEHMERVS *Tom. II. Pars. II. Resp. 1021. num. 12. sqq.* existimat, dictam *L. ult. singularem*, & per verba ipsius initialia ad eum casum restringendam esse, *si mulier marito suo nomina dederit, ut loco paraphernorum apud maritum maneat, & hoc dotali instrumento fuerit adscriptum.* In quam sententiam etiam inclinat *Perillustri PVEENDORFIVS Tom. I. obs. XII.* Reliquas quaestiones, quae circa fructus paraphernorum a marito lucrandos emergere solent, refert & decidit EYBEN *loc. cit.*

e) Penitus hanc distinctionem reiiciunt FONTANELLA *de pactis nuptialib. claus. VI. gloss. 2. part. 5. n. 6. sq.* GIFFAN. ad *L. 21. C. de procurat. GRYPEN de uxore Romana, cap. VII. §. VI. p. 322. sqq.*

f) *L. 11. C. de pact. conuent. LAVTERBACH C. T. P. Lib. XX. Tit. II. §. 33.*

g) *cit. L. 11. C. de pact. conuent. add. EYBEN loc. cit. §. XXX.*

b) EYBEN *loc. cit. §. IV. L. B de SENCKENBERG de iurib. & privileg. dotium illatorumque cap. I §. III. HYBER. Praelect. ad tit. ff. de iure dotium, §. XV.*

### §. V.

HEREDITAS PACTIS DOTALIBVS IVRE ROMANO NEQVE DARI NEQVE ADIMI POTEST.

Haec sunt, de quibus Romani in pactis dotalibus cauere solebant. Hereditas iis neque dari, neque adimi poterat, quod pacta successoria non tantum in vniuersum essent prohibita, adeo vt ne quidem





dem in vim *mortis causa donationis* valere possent a); sed etiam speciatim iis, quae instrumentis dotalibus inserta, omnis efficacia & vis obligandi adempta b).

a) *L. 19. C. de pactis.*

b) *L. 15. C. de pactis*, cuius verba ita habent: *Pactum, quod dotali instrumento comprehensum est, VT, SI PATER VITA FVNGERETVR, EX AEQVA PORTIONE EA, QVAE NVBEBAT, CVM FRATRE HERES PATRIS SVI ESSET: neque ullam obligationem contrahere, neque libertatem testamenti faciendi mulieris patri potuit auferre. Atque L. 5. C. de pactis conuenit. qua statuitur: Hereditas extraneis testamento datur. Cum igitur adfirmes, dotali instrumento pactum interpositum esse vice testamenti, VT POST MORTEM MVLIERIS BONA EIVS AD TE PERTINERENT, QVAE DOTIS TITVLO TIBI NON SVNT OBLIGATA: intelligis, nulla te actione posse conuenire heredes seu successores eius, vt tibi restituantur, quae nullo modo debentur.*

## §. VI.

### ARGVMENTA DISSENTIENTIVM.

Equidem interpretes, cum animaduernerent, hodiernis moribus nihil frequentius esse pactis *successorijis* inter coniuges, de qua re *sect. sequenti* tractabitur, omnes neruos pro more suo, & vti etiam in aliis institutis patriis, iuri Romano prorsus contrariis, fecerunt, intenderunt, vt valorem eiusmodi pactis suc-





successoris ex iure Romano quaererent. Omnes igitur conventiones, quibus iure Romano bona in alterum vel *irreuocabiliter* vel *reuocabiliter* ita transferuntur, ut hic demum post mortem donantis eorum compos fiat, sollicitè in subsidium vocarunt 1). Vnde tandem famosa illa distinctio pactorum dotalium in *simplicia & mixta* est exorta. Praecipue huc facere visa est 1) constitutio IVSTINIANI in *L. vnic. C. ut actiones ab heredibus & contra heredes incipiant*. qua, contra regulam iuris antiqui, omnes *stipulationes*, quarum executio collata est *post mortem*, confirmantur, ita, ut, si quis mihi dare promiserit post mortem suam, ipse quidem, quamdiu viuit, ad implementum non teneatur; sed tamen heres post mortem eius teneatur, & hac ratione eiusmodi stipulationes, velut donationes *inter viuos* firmæ & irreuocabiles, quarum sola executio ad mortem suspensa manet, subsistant. Cum enim non tantum res singulares, sed etiam *omnia bona*, quae quis in praesenti habet, vel tempore mortis habiturus est, *inter viuos* donare liceat 2): nullam superesse posse dubitationem, conuentionem etiam illam, qua quis post mortem *totam suam substantiam* alteri daturum se promittit, valere, & promittentis heredes ad implendum promissum omnino teneri 3). Prouocant praeterea 2) ad pactum de *lucranda dote*; quae saepe etiam *omnia bona* 4) continebat. Laudant 3) donationes inter coniuges *reciprocas*, ipso iure Romano validas 5). De-  
 nique





nique 4) allegant *donationem mortis causa*, qua pariter non tantum *res singulares*, sed etiam tota aliqua *uniuersitas* f), & omnia, quae quis habet, bona, tam praesentia, quam futura, in alterum transferri possunt g).

- a) GAIL. *Lib. II. obs. 126.* BERLICH *P. II. conclus. 51.*  
b) *L. 37. §. 3. ff. de leg. 3. L. 35. §. 4. sq. C. de donation. VOET. ad tit. ff. de donat. §. 10. LAVTERBACH C. T. P. tit. de donat. §. 31.*  
c) GAIL. *loc. cit. num. 6.* HVLDER. *ab EYBEN ad Institut. Lib. III. Tit. XX. obseru. 4.* STRYK. *de success. ab intestato, dissert. VIII. cap. V. §. III.* ibique laudati.  
d) *L. 72. pr. ff. de iure dot. L. 4. C. eod.* STRYK. *loc. cit. §. 17.*  
e) *L. 7. §. 2. L. 32. §. 9. & 14 ff. de donat. inter virum & uxorem.* GAIL. *loc. cit. n. 2.*  
f) *L. 28. ff. de donat.*  
g) *L. 3. L. 35. §. 1. 4. sq. C. de donat.* LAVTERBACH *C. T. P. tit. de m. c. donat. §. XXV. iunct. tit. de pactis dotal. §. IV. add. HAHN ad WESENBECK. Lib. XXIII. Tit. IV. num. IV.* BRUNNEMANN. *ad L. 5. C. de pact. conuent.* CARPZOV. *P. II. Const. XLIII. def. II.*

### §. VII.

QVAE EXAMINANTVR.

Verum quoad 1) dudum iam alii monuerunt, regulam nouam in *L. vi. C. ut actiones ab heredib. & contra heredes incipiant*, praesupponere remabilem, quae





quae sine vitio & secundum bonos mores possit in stipulatum deduci. Pro tali autem donationem, qua *uniuersa* bonorum, tam praesentium quam futurorum, *substantia* in alterum sic confertur, vt executio post mortem demum donantis sequi debeat, eo minus haberi posse, quo magis pateat, effectu inspecto, nihil aliud hoc pacto contineri, quam *successionem & hereditatem a)*. Certe, non verbis ludendum, sed negotii veritatem inspiciendam esse, conuenit inter omnes *b)*, & nullum videtur esse discrimen, vtrum quis dicat: *promitto tibi bona mea post mortem*, quae titulum *particularem inter viuos*, ex quo stipulatoris heredes valide agere possint, continere volunt; an vero, *promitto, quod bona mea post mortem meam ad te peruenient vel pertinebunt*; vel etiam expressam *hereditatis* mentionem faciat; quae titulum *heredis vniuersalem*, & proinde pactum *successorium illicitum* indicare existimant *c)*.

Quoad 2) *pactum de lucranda dote* huc plane non pertinet. Cum enim maritus ipso iure dotis dominium reuocabile habeat, eius repetitio, post pactum de eo non reuocando interpositum, merito cessat *d)*.

Quoad 3) rem optime expediuit IO. GOED-  
DAEVS *e)* ita scribens: *etsi reciproca donatio inter coniuges viuos, qua constante matrimonio alter non sit pauperior, vel ditior, consistit; non tamen propterea conse-*





consequens est, idem obtinere in pacto reciproco de mutua successione: tum quia vtrunque non accipietur successio, sed superstes tantum accipiet defuncti hereditatem: tum quod differtur in eum casum, quo amplius matrimonium non est: tum denique, quod, si propterea confisteret, quia donatio sit inter vivos talis, quae iure non improbat, eueniret, vt omni casu & inter omnes personas, vbi & inter quas iure locum fortiretur donatio inter vivos; posset quoque pacto & stipulatio de successione, maxime reciproca, fieri. Nam vbi eadem ratio, ibi idem ius esse debet. Sed hoc posterius improbat in L. licet 19. C. de pactis. Ergo & prius illud.

Denique quoad 4) ratio a donatione mortis causa desumpta satis monstrat, pacta dotalia de futura successione condita, iure Romano tanquam conuentiones puras & simplices valere non posse; sed ab legibus vltimarum voluntatum vnice opem illis expectandam, adeoque non tantum testes adhibendos, sed etiam Falcidiae onus agnoscendum, atque facultati dispositionem mutandi locum relinquendum esse f). Quo ipso vero totus inuertitur status controuersiae, quippe quo vnice quaeritur, annon iure Romano suppetat modus, per pactum totam bonorum substantiam, vel eius quotam, in casum mortis ita alteri relinquendi, vt hic exinde ius firmum & stabile consequatur, atque talis conuentio eundem, ac reliqua pacta dotalia, valorem habeat?

B 2

a) FACHI-





- a) FACHINAEVS *controuers. Lib. V. cap. LXXXV.* & GOEDDAEVS *de contrabenda stipulat. cap. VI. num. 84. sqq.* Illud refutare nifus est HARTMANNVS PISTOR *Lib. IV. Quaest. III.* hunc HVLDERICVS ab EYBEN ad *Institut. Lib. III. Tir. XX. obs. IV.* Quorum tamen rationes rem minime conficere videntur. add. PECKIUS *de testament. coniug. Lib. I. cap. VIII.* & VOET, *commentar. ad ff. tit. de pactis, §. XVI. in f.*
- b) Leges non verbis, sed ipsis rebus impositae sunt. *L. 2. in f. C. commun. de legat.*
- c) vid. FACHINAEVS & EYBEN *ll. cc. STRYK. de success. ab intest. Dissert. VIII. cap. V. §. III.* Est quidem iuridice insignis differentia inter vocem *honorum*, si haec naturaliter accipiuntur; & vocem *hereditatis*. Neque meam facio sententiam SENECAE, qui *Lib. VI. de benefic. cap. V.* iurisconsultos inepiarum arguit, quod negent hereditatem vsucapi posse; sed ea, quae in hereditate sint: tanquam quidquam aliud sit hereditas, quam ea, quae in hereditate sunt. Praecipua tamen differentia in eo consistit, quod *hereditas* sit vox *iuris*, quae etiam damnosa & sine corpore esse potest, *L. 50. ff. de heredit. petit.* cum contra *bona* vox *facti* sint, quae non intelliguntur nisi deducto aere alieno, & semper corpus aliquod seu commodum adiunctum habent. *Ciuititer* tamen & ex subiecta materia appellatio *honorum* non tantum res singulas hereditarias, sed etiam rotum hereditatis & successioneis ius demonstrat, *L. 208. ff. de verb. signif.* qui significatus in nostram quaestionem optime conuenit. conf. GOEDDAEVS in *commentar. ad dict. L. 208. vti & ad L. 24. 49. & 119. ff. de verbor. signif.*

d) FRI-



- d) FRIDER. ES. PVFENDORF *Tom. I. obs. 209. §. 1.*  
e) *de contrab. stipulat. loc. cit.*  
f) Non igitur possum subscribere SCHILTERO *Exerc. ad ff. VIII. §. XXXVIII. not. a.* ita scribentii: *Quid? quod nec mores Romanorum in totum abhorrent a delatione successio- nis per conventionem: quid enim aliud est donatio mortis causa omnium bonorum, quam delatio successio- nis per conventionem sub conditione mortis? Etsi enim hereditas non debuit dici, quod donatur, nec hereditatis peti- tione, sed rei vindicatione peti quod donatum est, tamen in effectu eadem fere sunt, nec quis alius succedit defuncto, nisi hic ipse donatarius.* Succedunt namque procul dubio heredes ab intestato, a mortis causa donatario *Falcidiam* exigentes,

## §. VIII.

FACTA SUCCESSORIA MILITVM VALIDA SVNT EX PRIVILEGIO EORVM DE TESTAMENTIS.

Pactis *successoriis* militum efficaciam tribuunt Imperatores *DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS* in *L. 19. C. de pactis*, idque ex hac subiecta ratione: *quod voluntas militum, quae super ultimo vitae spiritu, deque rei familiaris decreto quoquomodo, contemplatione mortis, in scripturam deducitur, vim postremi iudicii obtineat.* Unde simul patet, Romanis non adeo absurdum aut contradictorium visum esse, pactum, quod tanquam actus inter viuos subsistere non posset, valere in vim ultimae voluntatis, dummodo ea, quae ad huius validitatem desiderantur, adsint. Ex quibus





bus vltcrius non sine ratione colligi posse videtur, quando in eadem hac lege sancitur, pacta successoria inter priuatos, *ne donationis quidem mortis causa gestae efficaciter speciem ostendere*, illud de eo casu accipiendum esse, vbi pactum successorium in terminis *simplicis conuentionis* subsistit; ea vero, quae ad *formam legitimam donationis mortis causa* sunt praescripta, deficiunt. Quamuis negari nequeat, Romanis insolitum fuisse, *pactis dotalibus* solemnia vltimarum voluntatum adhibere; quippe cuius rei tantum abest, vt vllum in toto iure Romano occurrat exemplum *a)*, vt potius, quoties, praeter dotem & donationem propter nuptias, promissae in eiusmodi pactis successione legis mentionem faciunt, haec conuentio improbetur & ad nihilum redigatur (§. V.).

*a)* STRYK. *de succession. ab intestato, Diff. VIII. cap. V. §. V.*

### §. IX.

#### VARIA DE PACTIS DOTALIBVS SVMMATIM.

Reliqua de pactis dotalibus, *licitis vel illicitis*, de *personis paciscentibus*, de *effectu* horum pactorum, & de modis, quibus ea *dissoluntur*, nihil alunt dubii, neque ad scopum meum pertinent, cum praecipue differentias iuris *Romani & Francofurtensis* praeculibus habeam. Quia tamen de *forma* pactorum istorum ante aliquot annos in ciuitate patria exorta est, acriter in vtramque partem disputata, quam *infra*



fra Sect. III. secundum *statutum nostrum* examinatus sum, hic ex iure Romano praemittere lubet: pacta dotalia neque *scriptura*, neque *testibus* opus habere, nisi *solius* probationis causa a). Quod vero ad *iudicalem insinuationem* attinet, ea marito, si ultra *quingentos solidos* lucrari cupiat, praescripta est; quae vero necessitas ex parte vxoris cessat b). Ceterum nihil interest, virum pacta eiusmodi ante nuptias; an vero stante matrimonio, interposita fuerint, modo donatio inter coniuges vetita ita non inducetur c).

- a) *L. d. C. de dotis promissione. L. vn. §. 1. §. ult. C. de rei vxor. act. L. 15. C. de iure dot. Nou. 117. cap. 4. conf. VOET. commentar. ad tit. ff. de pactis dotalib. §. II. vbi casus exceptos, quibus scriptura necessaria erat, recenset: scilicet, si illustres personae Romanae, non Barbarae, matrimonium contraherent, Auth. maximis C. de nuptiis. d. N. 117. cap. 4. si quis libertinam suam duceret in vxorem, Auth. sed nouo iure C. de nuptiis. Nou. 78. cap. 3. ac denique, si imparis conditionis homines matrimonio iungerentur. L. 23. §. 1. versu: dum tamen C. de nuptiis.*
- b) Diuersa fuit eam in rem Romana legislatio. Etenim per *L. 17. C. de donat. ante nupt.* donatio propter nuptias erat insinuanda, nisi collata fuisset in matremfamilias minorem. *L. 34. §. 1. C. de donat. L. final. §. 1. C. de iure dot.* At in *Nou. 119. cap. 1.* constitutum, vt indistincte quantacunque sit, non indigeat insinuatione, nec ex parte viri, nec ex parte mulieris. Postmo-






modum in *Nou. 127. cap. 2.* hoc iterum sic correctum fuit, ut requiratur inſinuatio, ſed tantum a parte viri. HAHN ad WESENBEC. tit. de pactis dotal. num. 17. 10. OTTO TABOR de pact. dotal. cap. V. §. VII. Quodſi igitur maritus inſinuationem propter nuptias donationis neglexerit, nullum ex dote lucrum, pactis dotalibus expreſſum, exigere poteſt: ſaluo interim mulieri eo, quod ex pacto dotali lucrari ipſa poteſt, utriuſque inſinuatio praetermiſſa fuerit. VOET. loc. cit. §. IV. LEYSER *Spec. 310. medit. 1. ſqq.*

- c) Cum enim ſtante matrimonio dotent, ac propter nuptias donationem conſtitui; atque etiam ante ſtatutam augeti placuerit; ratio nulla fuit, cur non & circa dotes, & donationes tales, ſtante matrimonio, pacta conuenta iniri poſſint. VOET. loc. cit. §. I.







## SECTIO SECVNDA.

DE PACTIS DOTALIBVS SECVNDVM  
IVS GERMANICVM CONSIDERATIS.

## §. X.

DIFFERENTIAE PRINCIPALIORES IVRIS ROMANI  
ET GERMANICI.

**I**ura matrimonialia secundum mores *Germanorum* antiquitus longe aliter comparata esse, quam ex praescripto legum Romanarum, satis notum est ex probatissimis scriptis SCHILTERIA), GVNDLINGII b), HEINECCIIC), aliorumque plurium, qui illos feliciter secuti sunt. Istitis enim *non vxor marito, sed maritus vxori dotem offerebat d)*. Et quamuis etiam vxores aliquid pecorum, argenti, aliarumque rerum ad maritum attulisse memorentur; illud tamen nihil commune habebat cum dotibus Romanis e), quae demum cum recepto iure Romano in Germania innotuerunt; a quo tempore etiam dos Germanica nomine *donationis propter nuptias* insigniri coepit, licet inter hanc & illam non vna intercederet differentia f). Ceterum mutuas istas coniugum donationes in scripturam, quae *dotis libellus* adpellari solebat, redactas, & apud acta, adhibitis solemnitatibus,

C





tibus, firmatas fuisse, ex formulis *Marculfi*, item formulis *Bignonianis* & *Sirmondicis*, probavit laudatus modo HEINECCIUS g).

- a) *Exercit. ad ff. XXXVI. §. LXVI. sqq.*
- b) *De emtione uxorum, dote & morgengaba ex iure Germanico.*
- c) *Elem. Iur. Germ. Lib. I. §. 233. sqq.*
- d) TACITVS *de morib. Germanor. cap. XVIII.*
- e) HEINECCIUS *loc. cit. §. 234. & 241.* Etenim finis dotis Germanicae, a marito constitutae, neutiquam est procuratio onerum matrimonii, sed prouisio vitae & alimentorum mulieris, si vidua facta. SCHILTER *loc. cit. §. LXXXV.*
- f) Quemadmodum enim illa feminis etiam indotatis constitui solet, ita etiam, si dos ab iis adfertur, ad eius quantitatem in ista determinanda nullus habetur respectus. conf. IO. PETRVS a LYDEWIG *different. iuris Romani & Germanici in dote & donatione propter nuptias.* CHRISTIAN. GODOFR. HOFFMANN *de different. iuris Rom. & German. in doctrina de donationibus propter nuptias.* Illustris AYRER *de iure connubior. apud veteres Germanos, Sect. I. §. XIV.* FRIDER. ES. PVFENDORF *Tom. II. obs. XXXIX. §. XVI. sqq.* vbi §. XXIII. quaestionem de hodierna aequalitate dotis & donationis propter nuptias distinctione expedit. add. *Idem Tom. III. obs. CXXI.*
- g) *loc. cit. §. 183. & 193.* vbi in subiecta nota allegatus auctor existimat, Germanos *paeta dotalia* demum a Romanis





od manis didicisse. Quibus vero contradicit RICCIUS in  
spicileg. Iuris Germanici pag. 492. Distinguit Ill. AY-  
RER in Progr. de pactor. successor. inter coniug. stabil. fir-  
mius stabilenda, §. I. not. e. inter pacta dotalia, & mo-  
rem ea in scripturam redigendi. Quae posterior Ro-  
manis accepta ferenda sit.

## §. XI.

DE DISCRIMINE BONORVM VXORIORVM EX IVRE  
GERMANICO.

Praeterea maritus vxorem habuit in potestate &  
tutela sua, eaque tali, quae cum usufructu omnium  
ipsius bonorum erat coniuncta a). Inualuit etiam  
successu temporis *communio bonorum* inter coniuges,  
maxime *ciuici ordinis*, eaque vel *vniversalis omnium  
bonorum*, vel *particularis* quoad certum bonorum  
genus, aut quoad *acquaestum* saltim b). Quae ta-  
men *communio* potestati maritali nullum adferebat de-  
trimentum. Licet enim per illam vterque coniux  
in condominio collocaretur, marito tamen, tanquam  
capiti familiae, administratio & facultas rerum com-  
muniū fructus colligendi, salua manebat c). Quo  
ipso nihil discriminis inter *dotem*, & bona vxoris *pa-  
raphernalia* iure veteri Germanico fuisse, res ipsa lo-  
quitur; cum in his maritus eodem prorsus iure gauisus sit, atque in illa d). Et insuper, quod speciatim  
ad *communione omnium bonorum* attinet, nullus  
esse





esse potest vsus fecernendae dotis ab aliis vxoris bonis, cum maritus ipso iure fiat dominus dimidiae partis omnium huius bonorum, & vxor vicissim confors omnis illius substantiae e). Ceterum quamuis haec iura hodiernum passim vsu recepta deprehendamus f); cum iis tamen facere minime possum, qui illa nostris adhuc moribus pro norma generali controuersias forenses decidendi ventilare, & praecipue marito *vsufructum* in bonis vxoris *paraphernalibus* generatim vindicare non dubitant g). Receptionem namque iuris Romani in moribus antiquis multa mutasse, & hodie consuetudinem Germaniae vniuersalem distinctionem aliquam bonorum vxoriorum agnoscere, omnes pragmatici testantur h).

a) HEINECCIUS *de marito tutore & curatore vxoris legitimo*, cap. II. & in *Elem. Iuris Germ. Lib. I. §. 265. sqq.*

b) GROTIUS in *antiquit. Reip. Batav. cap. II.* CHRIST. RODENBURG *de iure coniug. praelim. §. III. sq.* & HEINECCIUS *Elem. I. G. §. 263.* communionem bonorum inter coniuges iam antiquissimis temporibus in Germania obtinuisse existimant, prouocantes ad TARTIUM *de morib. Germ. cap. XVIII.* vbi vxor *laborum periculorumque socia* adpellatur. Sed nihil ibi de bonis tradi, sed vnice doceri, feminam, simul atque nubat, viro suo deuoueri, ac se, utcunque fors tulerit, eorum, quae marito acciderint, participem futuram esse, iam *Viri Illustres*, GEORG. LVDOV. BOEHMER *de iurib. & obligat. coniugis superstitis ex communiōe bonor. vniuer-*



uniuersali, §. IX FRIDER. GVILIELM. PESTEL de  
successione inter coniuges ab intestato, cap. I. §. XIV. &  
AEMIL. LVDOV. HOMBERGK zu VACH de communio-  
ne bonorum inter coniuges nobiles atque illustres per Germa-  
niam exule, §. XVI. euicerunt, probantes simul ori-  
ginem istius communionis coniugalis ex moribus de-  
mum medi aevi, praesertim in urbibus & inter ciuiticos  
homines, repetendam esse. Illud non praetereundum,  
communione hanc bonorum ad effectum prius non  
dari, quam adimpleto per consensionem tori matri-  
monio, HEINECCIUS loc. cit. §. 287. cum e contra-  
rio potestas & tutela maritalis statim a momento copu-  
lae sacerdotalis initium capiat. MÜLLER ad STRVV.  
Exercit. XXIX. thes. LVI. lit. λ.

c) HEINECC. Elem. I. G. Lib. I. §. 282. Illustris AYRER  
de iure connub. apud veteres Germanos Sect. II. §. XIII. sq.

d) SCHILTER Exerc. ad ff. XXXVI. §. LXXXVII. IO.  
HENR. BERGER de discriminine bonorum uxorior. §. XVII.  
sqq. AVGVSTIN. LEYSER Spec. CCCII. medit. 1. sq.  
CAROL. GVILIEL. GAERTNER de iuris Romani distin-  
ctione inter dotem & parapherna foris Germaniae non ac-  
commodanda.

e) VLRIC. HVBER Praelect. ad ff. tit. de iure dotium,  
§. XVII.

f) Nouissime LEYSERYS Spec. CCCII. medit. X. maritum  
vsumfructum bonorum paraphernalium ex uniuersali  
Germaniae consuetudine hodiernum habere, & Ger-  
manos hac in parte prisca sua iura etiam post receptas  
leges Romanas constanter retinuisse, contra STRY-  
KIVM in Vsu moderno, tit. de ritu nuptiar. §. 97. adse-  
ruit;





ruit; sed sine ratione. Quamvis enim de *Saxonia* sententia LEYSERI bene se habeat; certum tamen est, exinde argumentum ad *uniuersam Germaniam* duci non posse. Ipse BRUNNEMANNVS ad *L. 9. ff. de iure dot. num. 8. & 11.* quem LEYSERVS ceu sibi consentientem laudat, usufructum illum ad *Saxoniam* restringit. Idem facit STRYK *de iuribus mariti in bonis uxoris, cap. III. num. 24.* & GOTHOFREDVS BARTHIVS *de iure marito usufructuario Saxonico, cap. II. conf. ERID. ES. PVENDORF Tom. I. obs. CCVII.* vbi diserte testatur: *dotis & paraphernalium distinctionem in terris Brunsvicensibus & Lunaeburgicis utique seruari, sicut quidem in modum, et in iure civili expressum est, ad. IVST. HENNING, BOEHMER Tom. II. Resp. 1021. num. 12. sqq. & TOBIAS IAC. REINHARTH de genuinis curae sexus & aetatis differentiis cum usu practico. §. X.*

g) SCHILTER *loc. cit. §. LXXVIII.* vbi defendit: *ex genuinis iuris nostri principis non dari differentiam rerum dotalium & paraphernalium. Verum ut maritus in omnibus indifferenter idem ius habeat; ita ipsa vicissim sine discrimine eandem naturam & privilegia obtineve. Quae tamen assertio ne in ipsa quidem Saxonia ratione nititur. conf. CARPZ. P. II. Const. XVI. defin. XI.*

h) Ex quibus hic tantum nominasse sufficiat GALLIVM *Lib. I. obs. 133. num. 5. & Lib. II. obs. 92. num. 10.* MÜNSINGER. *centur. III. obs. 3.* GEORG. MELCH. *de LVDOFF Part. I. obs. CVI.* & HENRIC. CHRISTIAN. SENCKENBERGIUM in differat. *de iuribus ac privileg. dotium illatorumque, cap. I. §. V. pag. 13. sq.*

§. XII.





## §. XII.

DE SVCCESIONE CONIVGVV LEGITIMA  
ET PACTITIA.

Antequam ad definitionem *pactorum dotalium* ex iure Germanico accedo, non inutile duco, quaedam adhuc de *successione* coniugum, tum *legitima*, tum *pactitia*, praemittere. In vtraque enim specie ius Romanum admodum a moribus Germanorum discedit, vnde pariter in conficiendis pactis dotalibus insignis horum iurium differentia oritur. *Pacta* nimirum *successoria* iure Romano esse prohibita & omni efficacia destituta, constat inter omnes, & supra est probatum: quae vero iure Germanico indubitanter valent *a)*, & ab omni tempore speciatim *inter coniuges* vsu fuerunt recepta, & *publica auctoritate* firmata *b)*. Deinde *successio* coniugum *ab intestato* legibus Romanis duobus saltem casibus locum fortiebatur: altero, quando nullus neque agnatus, neque cognatus, *successionis capax*, adesset, ex edicto Praetoris *vnde vir & vxor c)*: altero, quando defunctus esset *locuples*, *superstes* vero *inops d)*. Longe aliter res est comparata moribus *Germanorum*, quibus, in casu etiam existentium liberorum, & multo magis aliorum agnatorum & cognatorum, *coniux* *superstes*, siue *inops* fuerit, siue *locuples*, ex facultatibus defuncti non tantum *portionem* suam *statutariam*, quam vocant, consequitur, sed etiam certis casibus ad hereditatem totam





tam vocatur e). Quae omnia cum pactis varie determinari, iisque non minus successio *statuto* data, quam *communio coniugalis*, aut certis limitibus circumscribi; aut etiam amplificari & liberalius instrui queant f): facile patet, quantum sit discrimen moribus nostris, inter nuptias, cum pactis dotalibus celebratas, & eas, quae sine pactis sunt initae, (*bedungene und unbedungene Heurathen*) intercedat: cum posteriores cuncta, quae legibus ratione coniugum sunt statuta, & sic etiam communionem bonorum, si usu recepta est, intacta relinquant; in prioribus autem omnia ex pactis sint diiudicanda, & sic communio bonorum, nisi nominatim fuerit confirmata, cum cunctis suis effectibus penitus excludatur g).

a) HEINECCIUS *Elem. I. G. Lib. II. §. 145. sqq.*

b) Exempla existant in MARCVLEI *formulis. Lib. I. cap. XII. & Lib. II. cap. VII. VIII. & XIII.* apud STEPHANVM BALVZIVM *Capitular. Tom. II. col. 381. & 408. sq.* Ex quibus formulis simul elucet, pacta coniugum successoria tunc inprimis usu venisse, quando matrimonium iam aliquot annos steterat, neque tamen proles suscepta erat.

c) *t. t. ff. & C. unde vir & vxor.*

d) *Nou. 53. cap. 6. & 117. cap. 5. add. Auth. Praeterea C. unde vir & vxor.*

e) HEINECCIUS *loc. cit. Lib. II. §. 262.* Praecipuum fundamentum





damentum successione inter coniuges esse communio-  
nem bonorum, satis euicit CHRIST. GOTTER. HOFF-  
MANN *de communionis bonorum coniugalium natura* §.  
VII. & HEINECCIUS *l. c. Lib. I. §. 293.* An vero il-  
la sit vnicum huius successione principium? ideo du-  
bitari potest, quod successio coniugum vsitata depre-  
henditur etiam iis in locis, in quibus connubialis bo-  
norum societas vel nunquam inualuit, vel recepta ex-  
oleuit. Quod argumentum omnium optime perfe-  
cturus est FRIDER. GVILHEM. PESTELIVS in laudato  
iam supra tractatu *de successione inter coniuges ab intestato.*  
*Rinteli 1745.*

f) Huc pertinent pacta sub formula: *Hut bey Schleyer*  
*und Schleyer bey Hut;* item *Leib an Leib, Gut an Gut,*  
quarum illam IO. GEORGIUS WERNERVS, hanc CA-  
ROLVS GOTTLIEB KNORRE illustrarunt.

g) Inde nuptiae sine pactis dotalibus celebratae dici etiam  
solent *versammte Heurathen,* conf. IO. IODOCVS BE-  
CKIVS *de iuribus feminarum Norimbergensium singulari-*  
*bus, cap. III. §. II.* add. *Vr Consultissimus* IOANNES  
SIEGENER in dissert. *de testatorum potestate in lucra con-*  
*ingalia pactitia ac statutaria, §. XXVII.* vbi illud nuptia-  
rum discrimen egregie explicatur.

### §. XIII.

DEFINITIO FACTORVM DOTALIVM EX IVRE  
GERMANICO.

Quae cum ita sint, facile intelligitur, pacta do-  
talia *Germanorum* aliter esse definienda, atque *Roma-*  
*norum.*





*norum.* Sunt enim conuentiones, quibus iura coniugum, qualia soluto pariter, ac durante matrimonio, esse debeant, determinantur ab iis, quorum interest a). Vox pactorum *dotarium* retenta est ex iure Romano, & communiter vsurpatur: licet, pro suo tenore, rectius dicantur pacta *matrimonialia*, *nuptialia*, *ante nuptialia*. Quemadmodum etiam denominatio Germanica, *Ehepacten*, *Ehebestimmungen*; *Eheberedungen*, *Ehezaerter*, *Ehelich*, ad iura coniugum vniuersa, non tantum ad *dotem*, respicit.

a) Quae est definitio *Illustris* AYRERI in *dissert. de legitima parentum pactis dotalibus exclusa*, §. IV.

#### §. XIV.

#### DISTINCTIO PACTORVM DOTALIYV IN SIMPLICIA ET MIXTA.

Cum igitur in pactis Germanorum dotalibus non tantum de dote & donatione propter nuptias, sed praecipue quoque de *futura coniugum successione* agi soleat; cuiusmodi conuentiones iure Romano prorsus nullae sunt, & inuvalidae: ansam id praebuit doctoribus, principiis iuris Romani vnice imbutis, cum inueteratam illam Germanorum consuetudinem nullo modo tolli posse animaduertent, distinctionem pactorum dotalium in *simplicia* & *nixta* excogitandi, quorum *illa* dicuntur, quae *per modum contractus* ineuntur, atque adeo sunt irreuocabilia, neque vnus



vnus dissensu tolli possunt: *haec e contrario*, quae  
*per modum ultimae voluntatis* fiunt, & ita non tantum  
*vnus poenitentia* rumpi possunt, sed etiam ad sui va-  
 lorem quinque minimum testes desiderant *a*). Ce-  
 terum in explicatione harum specierum non omnes,  
 vti fieri solet in re, quae erroneo principio nititur,  
 & merum inuentum est iuris interpretum, eadem  
 via incedunt. Alii enim pro *pactis simplicibus* ea tan-  
 tum habent, quae doti & donationi propter nuptias,  
 reliquisque, Romanorum more, modum ponunt;  
 omnia, quae de caeteris coniugum bonis in alteru-  
 trum *post mortem* conferendis disponuntur, ad pacta  
*mixta* referentes *b*). Alii vero concedunt, *omnem*  
*coniugis substantiam*, vel eius *quotam*, post mortem  
 alterius in superstitem, etiam in vim *contractus irre-*  
*uocabilis*, conferri posse, modo adhibeantur verba  
*contractus*, ita vt negotium statim perficiatur, & eius  
 saltem executio ad tempus mortis differatur. Ad pa-  
 cta *mixta* igitur ea solum esse referenda, quibus per  
 verba *ultimae voluntatis* futura coniugum successio  
 ita ordinatur, vt non tantum executio, sed totum ne-  
 gotium eiusque perfectio, in mortis casum prolicia-  
 tur *c*). Quapropter admodum solliciti sunt de ver-  
 bis; nam si ita pacti fuerint coniuges: *Es soll auf er-*  
*folgten Todesfall der überlebende Ehegatte alle Güter er-*  
*ben*; vel *in dessen Nachlaß succediren*, vel *erblich*  
*auf ihn verfallen seyn*, pacta censerit debere *mixta*.  
 Quodsi vero inter partes conuenerit: *Es solle auf be-*  
 D 2 geben





gebenden Todesfall das Ueberlebende alle Güter behalten, sine überkommen; und des verstorbenen Freunden nichts herausgeben; Es sollte ihm geschenket seyn, tunc pacta simplicia adesse volunt d).

- a) WESENBEC. *commentar. ad tit. de pact. dotal. n. 3.* STRVV. *Exerc. XXX. §. XIX.* STRYK. *de success. ab intestato, Diss. VIII. cap. V. §. III. sqq.* ID. *de cautel. contract. Sect. III. cap. VIII. §. XXI.*
- b) WESENBEC. *loc. cit.* STRYK. *de success. ab intest. loc. cit. §. V.*
- c) GAIL. *Lib. II. obs. CXXVI. ibique laudati.* BERLICH *P. II. conclus. LI. num. 12.* EYBEN *ad Lib. III. Inst. Tit. XX. obs. IV.* VVLTEIVS *Tom. III. Consil. Marburg. XXXIV. num. 97. 98. 138. & Tom. IV. Consil. XX. num. 44. & 72.* CARPZOV. *P. II. Const. XXXV. Def. XXI. num. 7. sqq. & Const. XLIII. Def. VI.* STRVV. *Decis. Sabbat. cap. II. Decis. XIII.* LYNCKER *Vol. I. Resp. XXI. num. 14. 15. 23.* LAVTERBACH *Colleg. Theor. Pract. tit. de pact. dotal. §. III. sq.* STRYK. *visu modern. tit. eod. §. III. in fine.* ICTI RINTELIENSES *in Responso, quod exstat apud REINHARTHVM observat. select. ad CHRISTINAEI decisiones, Vol. II. obs. XXXVIII. pag. 45.*
- d) STRYK. *de cautel. contract. loc. cit.* LAVTERBACH *l. c.* RICCIUS *Spicileg. I. G. pag. 505.*





## §. XV.

## CONTINVATIO.

Vtraque sententia variis *constitutionibus & statutis* est confirmata a). Posterior tamen praecipue plausum consecuta est apud pragmaticos b). Nititur ea in *L. vn. C. vt actiones ab heredib. & contra heredes incip.* & est illa ipsa; quam supra §. VI. num. 1. retuli, & §. VII. examinaui c). Sunt tamen etiam constitutiones recentiores plurimae, quibus genuinis principiis iuris Germanici valor suus ad hodiernum diem adseritur, facultate pacta dotalia reuocandi, altero coniuge infcio vel inuito, prorsus exclusa d).

a) Prior sententia confirmatur in *Ordinatione Solmensi P. II. Tit. XVIII. §. VI.* & in *Reformatione nostra Francofurtensi*, quae eundem cum *Ordinatione Solmensi* auctorem, celeberrimum FICHARDVM, agnoscit, de qua re *sektione sequenti*. Posteriori sententiae calculum adiecit Serenissimus legislator Saxonicus *P. II. Constit. XLIII. & Ordinatio Prouincialis Anbaltina Tit. XXXVI.* vbi notanda verba: *Wofern aber solche Worte gebrauchet, die ad vltimas voluntates geboeren, als Erben und succediven, so sollen solche Pacta anderer Gestalt nicht kraefftig seyn, als wenn dieselbe wenigstens vor fünf Zeugen aufgericht.*

b) vid. Auctores §. praeced. lit. c. allegatos. Quibus addi possunt, quos nominat GOSWINVS ab ESBACH ad CARPZOV. *P. II. Const. XLIII. definit. 9. & 10.*

c) Inualuisse hanc sententiam etiam in *Camera Imperiali* ex  
D 3 iis,





iis, quae GAILIVS *Lib. II. obs. 126. num. 8. docet*, colligitur. Quatenam fuerit adhuc circa medium *Saec. XVI.* inter ipsas *Personas Illustres*, quoad valorem patrimoniorum conjugalium *successoriorum*, haesitatio, disci potest ex *praeiudiciis camerahbus*, ab *incerto auctore*, *Afessore* tamen huius iudicii, collectis, in *ADRIANI GYLMANNI Symphoremata. Tom. III. rubr. Pacta, pag. 243.* ubi *Comes Palatinus a Simmern & Comes de Egmond*, ne pactis ipsorum dotalibus robur deesset, petierunt in Camera, ut super istis pactis pronunciaretur, seque ad ea seruanda condemnarentur. Verba, quae, quia *miserabilis*, qui tunc temporis in conflictu iuris Germanici & Romani obtinebat, processus, mentionem faciunt, huc transcribere lubet, haec sunt: *Vigesimo quarto Maii Anno 44. in Camera Ioannes Palatinus a Simmern & N. Comes de Egmond petierunt, ut super pactis dotalibus inter sese initis pronunciaretur, seque condemnari ad ea pacta seruanda, wie sie dann auch dazu auf ihr be-willigen und begehren, scilicet unverbrüchlich zu halten, condemnirt, und darüber notürfftige Proceß erkannt worden seyn. Et sic notandus varius iste & miserabilis processus, in quo voluntarii & ultro-nei condemnantur, sua pacta conuenta zu halten: Ni-mirum ad maiorem fidem rei extrajudicialiter gestae, & sic iudicialiter roboratae, ex edicto scilicet praetorio de pactis, quod est, pacta (quae non sunt absona) seruabo. Unde est condemnatio voluntariorum, cum alioquin inuiti soleant condemnari: & inuitus iudicium patiatur. Huiusmodi voluntariae condemnationes sunt quidem iuris, licet earum stilus non sit adeo frequens. Sunt autem eiusmodi condemnationes solummodo ad effectum executionis, ut, si forte*





forte contingeret, alteram partem non fave velle pactis, ea statim conuinci & conuelli possit ex sententia, tanquam ex re iudicata, sique executio sit in promptu. Et huiusmodi condemnatio paratam habet executionem. In Brabantia talium voluntariarum condemnationum communem aiunt esse practicam. In iisdem praedictis camerilibus pag, ead. legitur: Pacta dotalia, vt vnus alterius habeat hereditatem, non valent, vt conclusum est in causa Anna Buschlen vel Sprolanden contra Philips Buschler 7. Junii anno 53. tametsi tertii refragantis opinio mihi magis placeat.

d) Pertinent huc IVS PROVINCIALE WÜRTEMBERGICVM P. III. Tit. VIII. ORDINATIO IUDICII PROVINCIALIS Ducatus Franconici P. III. Tit. C. §. IV. sq. IVS HAMBVRGENSE P. II. Tit. XI. §. XII. STATVTA MINDENSIA Lib. I. Tit. IV. §. IV. STATVTVM REIPUBLICAE VLMENSIS P. I. Tit. X. §. I. IVS PROVINCIALE HOHENLOICVM P. I. Tit. III. §. III. conf. RICCIVS Spicileg. I. G. pag. 493. sqq.

### §. XVI.

#### EPICRISIS.

Vbi igitur distinctio pactorum dotalium in simplicia & mixta legibus est firmata, eam retinendam & in iudicando sequendam esse, nulla superesse potest dubitatio. Vbi vero eiusmodi leges deficiunt, perseverandum in puris principiis iuris patrii, quae pactis coniugum successoris vim & efficaciam perpetuam, ceu omnibus aliis legitime initis pactis, vindicant.





dicant *a*). Quemadmodum enim negotia, quæ originem ad Romanos referunt, ex legibus Romanis sunt aestimanda; ita vicissim negotia, origine mere Germanica, ex moribus Germanorum esse interpretanda, nemo harum rerum intelligens diffitebitur *b*). Quia tamen non tantum iis in locis, vbi leges dictam distinctionem probantes adsunt, graues sæpe oriuntur controuersiae, vtrum huiusmodi pacta pro *simplicibus* an *mixtis* habenda sint? sed etiam alibi, vbi haec distinctio legali auctoritate penitus destituitur, aduocati non minus quam iudices, communem doctorum opinionem secuti, discrimen istud tanquam ius aliquod *vniversale* amplecti, & in suos vsus conuertere solent *c*): minime contemnenda est cautela, quam SCHILTERVS *d*) & STRYKIVS *e*) commendant, vt scil. partes disertis verbis adiciant, qua mente pacta inierint, vtrum in vim *contractus irrevocabilis*; an vero per modum *ultima voluntatis*. Ita enim lites desuper metuendæ facile caueri poterunt.

*a*) conf. IVSTVS HENNING. BOEHMER<sup>r</sup> de *successione coniugum hereditaria ex pactis dotalibus*, cap. I. §. VI. *sqq.*

*b*) Haec certa sunt & extra aleam posita. Quamuis vero distinctio pactorum dotalium in *simplicia* & *mixta* neque in iure *Romano*, neque in iure *Germanico*, fundamentum habeat; alia tamen est quaestio: an ea ita *absurda* & *contradictoria* sit, vti nonnulli existimant? vid.





GOTTLIEB GERHARD TITIVS ad LAVTERBACH.  
obs. *DCCLXXIV*. LEYSER *Spec. ad ff. CCCVIII*. PHILIPP. IAC. GRAV *de mixtura incongrua iuris Romani & Germanici in practico- rum distinctione pactorum dotalium in simplicia & mixta*. RICCIUS *Spicil. I. G. pag. 506*.  
Quam ex instituto perquisiuit Illustris AEMIL. LVDOV. HOMBERGK zu VACH *de origine atque indole distinctionis pactorum dotalium in simplicia & mixta eorumque recta interpretatione*. add. FRID. ESAIAS PFENDORF. *Tom. I. obs. CCIX. §. IV.* Certe ipsis Romanis adeo absurdum visum non esse, pactum, quod tanquam actus inter viuos subsistere non posset, valere in vim vltimae voluntatis, dummodo ea, quae ad huius validitatem desiderantur, adsint, exemplo pactorum successoriorum inter milites initorum, supra (§. VIII.) monui.

- c) conf. Illustris AYRER in *Progr. de pactorum successorior. inter coniuges stabilitate legibus firmiter stabilienda*.
- d) *Execr. ad ff. VIII. §. XLI. in fine.*
- e) *De cautel. contrahentium Sect. III. cap. VIII. §. XXIII.*

### §. XVII.

QUIBUS PERSONIS FACULTAS PACTA MIXTA  
REVOCANDI COMPETAT?

Illud constat, facultatem pacta *mixta* reuocandi non nisi ipsis coniugibus competere, minime vero parentibus, licet hi, vti saepius fieri solet, pacta dotalia nomine liberorum celebrauerint a). Nisi forte de patris vel matris morte, eorumque successione,  
E dispo-





dispositum fuerit; tunc enim id, quod actum est, seruandum foret *b*). Alias eiusmodi pacta a parentibus pro liberis condita, merito pro pactis liberorum habentur *c*); adeoque, quemadmodum vnice horum intuitu vltimam voluntatem constituunt, ita parentes, postquam semel conuentam desponsatorum successionem consensu suo adprobarunt, obligatione promissis suis standi nullo colore se eximere possunt *d*).

*a*) KOHL *de pactis dotal. P. I. num. 13.* STRYK *de cautel. contract. Sect. III. cap. VIII. §. XIX.* LEYSER *Specim. CCCIX. medit. III.* Illustris CLAPROTH, Praeceptor meus sempiternae colendus, in *primis lineis iurisprudentiae extraiudicialis, §. XLII.*

*b*) LEYSER *loc. cit.*

*c*) *arg. L. 7. C. de pactis conuentis.*

*d*) *arg. L. 3. in fine C. de donat. inter virum & uxorem, vbi expresse dicitur, ea, quae focer post mortem filiae suae donat genero, ad donationem inter viuos referri.*

### §. XVIII.

QVATENVS PACTA SIMPLICIA REVOCATIONI SINT OBNOXIA?

In pactis *simplicibus*, quae altera parte ignara & inuita reuocari nequeunt, saepe contingit, vt, postquam coniuges sibi inuicem certam bonorum portionem





nem in casum mortis promiserunt, simul etiam, cui reliqua bonorum pars destinata sit, adiiciatur: v. g. Sollte aber eines von den beyden Eheleuten ohne Hinterlassung ehelicher Kinder von der Welt abscheiden; so ist auf diesen Fall verabredet, bedungen und vestgesetzt worden, daß das Ueberlebende die Helffte von des Verstorbenen Nachlaß erben, die andre Helffte aber denen naechsten Anverwandten zufallen soll. Vbi iterum patet, vnice intuitu eorum, quae circa successione vnusque coniugis placuerunt, pactum adesse firmum & irreuocabile; non intuitu agnatorum, quorum tantum *incidenter & connexitatis* causa mentio est iniecta, & qui inter paciscentes nunquam fuerunt. Quapropter etiam cuiilibet coniugi quoad bona agnatis adscripta non potest non salua manere libera disponendi facultas a). Aliud tamen esset dicendum, si agnati tanquam *compaciscentes* confectioni pactorum dotalium interuenerint, tunc enim ipsius, ex proprio suo pacto quaesitum, citra illorum voluntatem adimi aut minui non possit b). Licet praeterea pacta dotalia *in vim contractus* inita procul dubio sint irreuocabilia, tamen si vnus coniugum testamentum pactis istis contrarium condidit, atque coniux superstes illud agnouit, iuri sibi ex pactis dotalibus competenti renunciaisse praesumitur, vt nec ipsi, nec heredibus eius, ad illud regressus pateat. Ex pactis enim & testamento, si haec sibi contrarian-

E 2 tur,





tur, simul succedere, & hoc, quatenus prodest, agnoscere; onus vero, quod adiunctum habet, declinare velle, non licet c).

- a) conf. RICCIUS *Spicileg. I. G. pag. 495. sqq.* ibique laudatus KEMMERICHIVS *de societate bonorum communalium secund. I. C. & statut. Memmingense, cap. II. §. XLI. pag. 42.*
- b) STRYK *de cautel. contract. Sect. III. cap. VIII. §. XXXVI.*
- c) LEYSER *Spec. CCCVII. medit. X. & XI.*

### §. XIX.

#### DE FORMA FACTORVM DOTALIVM EX IVRE GERMANICO.

Quod ad *formam* pactorum dotalium nostris moribus attinet, praecipue constitutiones & statuta cuiuslibet prouinciae & loci inspicienda sunt, cum *lex vniuersalis* eam in rem in Germania desit. In plerisque tamen locis insinuatio & confirmatio *iudicialis* pactorum nuptialium, a *rusticis*, passim etiam ab *hominibus ciuici ordinis*, initorum, sub *poena nullitatis* est praecepta a). Ceterum inter pacta dotalia, per *modum contractus*, aut *ultimae voluntatis*, concepta, distinguere solent, ita vt in illis, si maritus ultra *quingentos solidos* ex iis lucrari cupiat, insinuatio *iudicialis* ex praescripto iuris Romani (§. IX.) non sit negligenda b); in his autem *quinarium* testium numerus, quem leges in omni *ultima voluntate* exigunt, necessarius



farius habeatur; nisi & hic iudicialis insinuatio placeat, qua omnia solemnia, & sic etiam praesentia quinque testium suppleri queant c). Quemadmodum autem IUSTINIANVS, marito in *Nou. 127. cap. 2.* insinuationem pactorum dotalium imponens, vnicuique respectum habuit ad *lucrum dotis*; cum e contrario hodie in pactis nuptialibus, etiam per *modum contractus* initis, de *futura coniugum successione hereditaria* agi, eaque idem praestare soleant, quod *testamenta d*), vbi libero testantium arbitrio relictum est, velintne *iudiciali insinuatione* uti, annon? facile pater, dictam IUSTINIANI *constitutionem* inuita Minerua huc trahi, nisi forte solummodo de *lucro dotis* actum fuerit, qui tamen casus apud nos rarior erit.

a) LEYSER *Spec. CCCX. medit. II. & III.* RICCIUS *loc. cit. pag. 507. sqq.* vbi variae ordinationes eam in rem laudantur. Confirmationem pactorum nuptialium necessariam quoque esse, si de rebus immobilibus in iisdem disponatur, docet *Illustris de SELCHOW element. iuris Germanici, §. 422. iunct. §. 551.* Quod de iis prouinciis, vbi ad alienationem rerum immobilium auctoritas iudicialis sub poena nullitatis requiritur, concedi potest.

b) LEYSER *loc. cit. medit. I.* STRYK *de cautel. contract. Sect. III. cap. VIII. §. XXXVIII.*

c) WESENBECK. *Paratit. ff. tit. de pactis dotal. num. 4.* qui primus doctrinam de adhibendis quinque testibus in pactis dotalibus per modum *ultima voluntatis* initis, pro





proposuisse videtur. add. CARPZOV. *P. II. Const. XLIII. Definit. II.* STRYK *de success. ab intestato, Diss. VIII. cap. V. §. VIII.*

- d) CARPZOV. *P. III. Const. I. Defn. XI. num. 9. & 10.* INSTVS HENNING. BOEHMER *de success. coniugum hereditaria ex pactis dotalibus, cap. I. §. VIII. sqq. & cap. II. §. V.*

§. XX.

DE FALCIDIA IN CONIVGVVM SVCCESIONE  
CESSANTE.

Communiter docent, quando coniuges ex *pactis dotalibus* succedunt, *detraktionem quartae Falcidiae* heredibus ab intestato esse concedendam a). Sed nititur haec doctrina erroneo principio, quod haec successio ex *regulis mortis causa donationis* sit expedienda; cum tamen moribus Germanorum successor *pactitius* non sit successor *singularis*, sed *verus heres*, contra quem detractio Falcidiae nunquam exerceri potest b).

- a) HAHN ad WESENBEK. *tit. ad L. Falcid. num. VI. in fine.* LAVTERBACH *C. T. P. tit. eod. §. IX.*  
b) I. H. BOEHMER *cit. diss. cap. II. §. X. & AE. L. HOMBERGK loc. cit. cap. I. §. XXIII.* IO. GODOFR. BAVER *de quarta Trebellianica in pacto nuptiali exule.*

§. XXI.

DE LEGITIMA PARENTVM PER PACTA DOTALIA  
EXCLVSA.

Parentibus saltim, si coniugi superstiti vniuersalis





lis successio in pactis dotalibus est tributa, saluam debere esse *legitimam*, adfirmat CARPZOVIVS *a*). Sed rectius alii distinguunt: vtrum parentes pactis dotalibus sine omni referuatione, auctoritatem praestiterint, tanquam *partes contrahentes*? an vero pacta sola liberorum conuentione nitantur, & parentes tantummodo, cum aliis amicis, honoris causa interfuerint, & tanquam *testes* signauerint? Ita vt priori quidem casu *legitimae* renunciatum esse censeretur, non vero posteriori *b*).

*a*) P. III. C. XII. def. III. & IV. Contra eum ex instituto disputat BOEHMERVS *loc. cit.*

*b*) ABRAHAM a WESEL *de conubiali bonor. societate & pactis dotal. Tractat. II. cap. V. num. 38. sq.* AYRER *de legitima parentum pactis dotal. exclusa, §. XXI.* LEYSER *Spec. CCCIX. mediet. IV.*

### §. XXII.

#### DE PORTIONE STATVTARIA PACTIS DOTALIBVS EXCLVSA.

Tacita renunciatio *portionis statutariae* pariter pactis dotalibus inest *a*). Prouisio enim hominis collit prouisionem legis, vnde lucrum nuptiale, vt in pactis dotalibus conuentum, non vt ex lege vel consuetudine debitum, petendum & adiudicandum est *b*). Excutere possem hac occasione quaestionem: *in quantum pacta dotalia derogant statutis, vel mimus c*)?   
fimi-





similiter: an pacta dotalia in casibus non expressis ex statutis, an vero ex iure communi sint interpretanda & supplenda? d) sed ad sectionem tertiam properans lectorem ad auctores in margine laudatos remitto.

a) LEYSER Spec. CCCVII. medi. V. RICCIUS loc. cit. pag. 501.

b) MEV. VI. 31.

c) ANDR. FLORENS RIVINVS de pactis dotalibus, in quantum statutis derogent, vel minus. HENNING. BVEHRING de valore pactor. dotal. quibus communitio honor. statutis introducta, tollitur aut restringitur.

d) CHRISTOPH. HENRIC. de BERGER utrum & quousque pacta dotalia ex statutis sint interpretanda & supplenda? HENNING. BVEHRING loc. cit. §. XX. num. X.



SECTIO





## SECTIO TERTIA.

DE PACTIS DOTALIBVS SECVNDVM REFOR-  
MATIONEM FRANCOFVRTENSEM CON-  
SIDERATIS.

## §. XXIII.

DE DISCRIMINE BONORVM VXORIORVM.

**R**EFORMATIO nostra, vti in eiusmodi *statutis* vbiuis factum, multa ex iure *Romano* adsumit; multa ex iure *Germanico* retinuit; vnde in eius interpretatione non potest non *utrumque ius* in subsidium vocari. Quod, vti per totam hanc tractationem obseruabitur, ita statim se exserit circa distinctionem bonorum vxoriorum in *dotalia & paraphernalia* a), quorum illa, cum iuribus & priuilegiis suis, ex iure Romano; haec vero, Romanis quidem etiam nota, sed nostro iure ex antiquis Germanorum moribus (§. XI.) ita formata sunt, vt maritus sit *legitimus* eorum *administrator* cum facultate percipiendi *fructus in communem utilitatem*, nisi forte vxor quaedam discrete exceperit, atque suae solius dispositioni reseruauerit *b*). Subinde etiam in statuto nostro vna cum *dote* mentio fit *donationis propter nuptias*, quae tamen in plurimis a *donatione propter nuptias Romana* discedit. Potest enim hodie *dos sine donatione propter nuptias*, & haec sine

F

sine





sine illa esse, neque aequalitas inter vtramque serua-  
tur, & quae sunt alia c).

- a) REFORM. FRANCOVRT. P. III. Tit. II. §. II. Damit dann in dem auch gute Ordnung gehalten, und allerley Unrichtigkeiten, so oftmal aus denen Heurathsbriefen, da die nicht recht noch klaerlich verfaßt, erfolgen, verhütet werden: So setzen und woellen wir, daß in solchen Heurathsbriefen allwegen die Zugifft oder Ehebesteuer, desgleichen die Wiederlegung, ausdrücklich, mit Benennung der Geld Summen, oder aber der Güter, darauf dieselbige verwiesen, erklært werden sollen. Per vocem Zugifft hic nihil aliud, quam dotem Romanam, ab vxore marito adlatam, intelligi, solide contra dissentientes probat D. ORTHIVS in denen Anmerckungen über die in dem zweyten Theil enthaltene acht erstere Titul der Franckfurter Reformation, pag. 86. sqq. Adfertur simul hac constitutione, daß die Zugifft oder Ehesteuer ausdrücklich mit Benennung der Geld-Summen erklæret werden solle, finis frequenti in foro quaestioni, quae ad nostram diem in vtramque partem disputatur: vtrum bona, quae vxor, vel alius eius nomine, marito statim sub initium matrimonii, simpliciter & sine dotis mentione, infert, loco bonorum dotalium, an paraphernalium, habenda sint? Pcius adfirmant SCHILTER Exerc. ad ff. XXXVI. §. LXXX. BERGER de discrimine bonor. vxorior. §. VI. sqq. & in Oecon. tuvis, Lib. I. Tit. III. §. X. LEYSER Spec. ad ff. CCCII. mediet. IV. sq. PVEENDORF Tom. I. obs. CCVI. §. XIV. Illustris ESTOR de adparatu & instructu nuptiar. §. LXV. ex hac sat speciosa ratione, quod finis, ob quem marito dos concedatur, fere



fere fit vnicus ille, vt onera matrimonii sustententur, L. 76. de iure dotium quicquid igitur hunc in finem siue expresse siue tacite detur, illud non posse non ad dotem pertinere. Iam vero neminem dubitaturum, quin vxor aut parentes eius, dum ilico ab initio matrimonii res quasdam sponso vel nouo marito tradunt, illud agant hac mente & consilio, vt propterea vxor eo lenius a marito tractetur, i. e. vt onera matrimonii sustineantur. *Posterius* probant doctores communiter, & ex recentioribus CARPZOV. P. II. Const. XVI. *Definit.* XI. num. 2. MEVIUS ad Ius Lubec. Lib. I. Tit. V. rubr. num. 15. 10. a SANDE *Decis. Friscar.* Lib. II. Tit. II. *Def. II.* HVBERSV Prael. ad tit. ff. de iure dotium, §. IX. LAVTERBACH in *Consil. Tubing.* Vol. II. *Consil.* XV. num. 2. sqq. L. B. a WERNHER P. VI. obs. CCCCX. vbi ea, quae antea P. IV. obs. C. posuerat, declarat & emendat. IVSTVS HENNING. BOEHMER Tom. III. Part. II. *Decis. CCCCXLII.* num. 5. sqq. D. ORTHIVS l. c. pag. 91. sq. hac ratione vsi, quod dotis constitutio fit facti, adeoque non praesumatur; nostris quoque moribus in bonis marito adlatis non tantum ad ferenda matrimonii onera, sed praecipue etiam ad communem acquaesum respectus haberi solet.

b) Bonorum paraphernalium expressa fit mentio REFORMAT. P. III. Tit. VII. §. XVIII. Vsumfructum eorum communem esse, statuitur l. c. Tit. V. §. I. verbis: auch ohne das der Eheleut Güter (dem Gebrauch nach) ihnen gemein seynd. Plura dabit D. ORTHIVS loc. cit. pag. 90. sqq.

c) D. ORTHIVS loc. cit. p. 84. sq.





## §. XXIV.

DE DISTINCTIONE BONORVM CONIUGALIVM  
IN ADLATA ET ACQUISITA.

Insignis praeterea in *Reformatione* deprehenditur vsus distinctionis bonorum coniugalium in *adlata & acquisita a)*, quae vnice iuri Germanico originem debet, atque in *communione bonorum particulari* (§. XI.) quae quoad *acquaestum* inter coniuges *Francosurtenfes* obtinet, fundamentum habet. Proprietas *adlatorum* penes eum manet, quia ea in matrimonio intulit. *Acquisita* vero vtrique coniugi sunt *communis*, ita vt quilibet in partem *dimidiam* dominionis vocetur. Cum etiam saepius controuersia oritur, quatenam res sub *acquaestu* comprehendantur, nec ne? non tantum generatim in *Reformatione P. V. Tit. V. §. II.* est constitutum: *Daß solche Güter, so zwey Eheleute in stehender Ehe bey einander, es seye durch ihr eins (doch daß dasselbig Ehegemaecht kein eignen sondern Handel führe) oder sie beyde, mit ihrem mühsamen Fleis, guter treuplicher Haushaltung, und fürsichtiger Geschicklichkeit, über dasjenig, so sie beyderseits zusammen gebracht haben, durch den Segen Gottes erobern, und an sich bringen, für erzeugte Güter, sollen verstanden und gehalten werden: sed etiam in sequentibus specialius determinatum, quid in eorum numero poni, vel non poni, debeat.*

a) conf. NICOL. CHRISTOPH. LYNCKER in dissertatio-  
ne,



ne, quam sub eius praesidio IO. ESAIAS SCHNEIDER, *Francofurtanus*, ventilavit, *de acquisitione coniugali, vulgo von erzeugtem und errungenem Gut, ad Part. V. Tit. V. Reformat. Francofurtensis. Ienae 1697.* Inseruit eam L. B. de SENCKENBERG *Select. Juris & histor. Tom. I. pag. 421. sqq.* add. WILHELMVS KLOTZ *de usufructu coniugum statutar. cum primis Francofurtensi, §. XIX.*

§. XXV.

DE SVCCESIONE CONIUGVM STATVTARIA.

Praeter communionem *acquaeustus*, admodum pinguis est *successio coniugum statutaria*, quae iterum ex moribus Germanorum descendit (§. XII.). Distinguitur autem, vtrum *liberi* adsint, an minus? Si *liberi* adsunt, *superstes* 1) *dimidiam* partem omnium a defuncto relictorum *mobilium* a), siue in matrimonium illatorum, siue eo durante comparatorum, iure *proprietatis*; deinde 2) *immobilia* quoad *usufructum* consequitur b). Si *liberi* non adsunt, non tantum 1) *omnia* defuncti *mobilia* capit c); sed etiam 2) quoad bona *immobilia* discrimen fit inter ea, quae *adlata* sunt in matrimonium, & quae eo durante sunt *acquisita*: ita vt *horum* pariter *proprietatis* ad *superstitem* pertineat; in *illis* autem saltem *usufructu* potiatur d). In secundis nuptiis vitricus vel nouerca plus *filiali* liberorum prioris matrimonij portione petere nequit e).

a) Disputationes doctorum, quatenam res pro *mobilibus*, quatenam pro *immobilibus* sint habendae? deciduntur in





*Reformatione P. II. Tit. III. & P. III. Tit. III. §. IV.*  
Ad quae loca conferendus est D. ORTHIVS, vii & ad  
*P. V. Tit. IV. §. IV.*

b) REFORMAT. *P. V. Tit. IV. §. V.*

c) REFORMAT. *P. V. Tit. I. §. III.*

d) REFORMAT. *P. V. Tit. V. §. IX.*

e) REFORMAT. *P. V. Tit. IV. §. VI. iunct. P. III. Tit. IV. §. II. & III.* Quia tamen semper aliquid dubii supererat, de quo videri potest D. ORTHIVS *ad dict. P. V. Tit. IV. §. VI.* tandem omnis controuersia sublata est per *Senatusconsultum de XXI. Sept. CIOI CCC LVIII.* vbi statutum: *Würde übrigens 5) die Helffte der fahrenden Haabe bey einem Stief-Vater oder Stief-Mutter mehr als ein Kindstheil (welches nach des erstversterbenden Ehegattens gesamnter Verlassenschaft und Nabrung zu berechnen und anzuschlagen ist) ausmachen, so soll in diesem Fall nicht die gantze Helffte der fahrenden Haabe, sondern davon nur so viel, als ein Kindstheil vertraegt, gedachtem Stief-Vater oder Stief-Mutter zukommen.*

### §. XXVI.

DE LEGITIMA PARENTVM IN MATRIMONIO IMPROBIVM.

Sed noua hic occurrit quaestio: si, in casu non existentium liberorum, bona a defuncto coniuge relicta in *solis vel mobilibus*, vel etiam *immobilibus*, sed durante coniugio *acquisitis*, consistant, annon parentibus debeatur *legitima*? Quae quondam in contrarias partes disputata a) pariter per modo dictum *Senatusconsultum de XXI. Sept. CIOI CCC LVIII.* adfirmatiue est decisa. Verba ita



ita habent: Daferne aber 6) sich zutrüge, daß in einer Ehe, wo keine Ehepacten b) noch Kinder vorhanden, lauter Mobilien sich vorfinden, oder der ganze Nachlaß in blosser Errungenschaft bestünde, der erstverorbene Ehegatt aber über seinen halben Theil sothaner Errungenschaft per Testamentum oder sonst nicht disponirte, gleichwoblen Eltern hinterhiesse; so soll diesen alsdann in beeden Faellen ihre legitima allerdings bleiben, und ihnen selbige von dem coniuge superstite ohne Anstand herausgegeben und verabfolget werden.

a) conf. D. ORTHIVS ad Reformat. P. V. Tit. IV. §. III. pag. 533. & Tit. V. §. IX. p. 573. vbi argumenta in utramque partem legi possunt.

b) Pactis dotalibus legitimam parentum excludi posse, hic agnitum (§. XXI.).

### §. XXVII.

#### DE PACTIS DOTALIBVS.

Et haec quidem ita sese habent, nisi per pacta dotalia aliter prouisum fuerit. Haec enim ante omnia respicienda esse, clare statuitur P. V. Tit. IV. §. II. verbis: Daß für das erst darnach soll gesehen werden, ob sie, die Eheleut, zur Zeit ihrer Verhehlung, ein Heuraths - Verschreibung aufgericht, und darinn, wie es künfftiglich, auch der Erbschaften halben, solle gehalten werden, Versekung gethan haben. Dann obwohl die Erbschaften durch solche Pacta von Rechtswegen nicht sollen vermacht werden: Jedoch, wann solches geschehen, und ermeldte Pacta folgens durch Testament, oder andere





dere letzte Willen, nicht wiederrufen, noch geendert worden, auch keine Leibeserben vorhanden weren: So sollen sie nicht desto weniger, als durch den Tod bestaettiget, für kraefftig geacht, und es damit, vermoeg solcher Heuraths-brieffe, gehalten werden.

§. XXVIII.

CONTINVATIO.

Vberius haec, quatenus ad futuram coniugum successionem pertinent, P. III. Tit. II. §. IV. sq. exponuntur, vbi verba ita habent: Diemeil auch die Rechte ausdrücklich woellen, daß die Erbschafften nicht durch Pacta und Eheberedungen vermachtet werden sollen: So wollen wir, daß hinfübro alle solche Pacta und Geding, darin ein Ehegemabl dem andern alle, oder einen ansehnlichen benannten Theil seiner Güter (über die Ehesteuer und Wiederlegung) erblich vermachen wolt, sollen underlassen: und da sie gleich in die Heuraths-Verschreibung gesetzt, doch für untüchtig und krafftlos gehalten werden, und jedem Theil der freye Wille in seinen Gütern (außerhalb der Ehesteuer und Wiederlegung) seines Gefallens zu testiren, dadurch unbenommen, sondern vorbehalten seyn solle.

Doch, da solches geschehe, und folgens ihre, der Ehegemalen, eins sonder Verlassung ehelicher Leibeserben, auch sonder Testament, oder andern rechtmaessigen letzten Willen, obn Wiederruffen der Eheberedung, mit Tod abgehen  
wür-



würde: so soll dieselbig alsdann erst (als durch den Tod  
bestaetiget) für kraefftig gehalten werden, in des verstor-  
benen Ehegemahls Gütern, und dieselbigen, wie in der  
Eheberedung verordnet, fallen.

Ex quibus abunde patet, in nostra Reformatione  
probata quidem fuisse principia iuris Romani de inua-  
liditate & nullitate pactorum *successeriorum*; minime  
tamen inueteratum illorum vñam tolli aut aboleri po-  
tuisse, & hinc vel inuite efficaciam aliquam illis, sal-  
tim certis sub limitationibus, reliquendam fuisse.

§. XXIX.

QUATENVS DISTINCTIO INTER PACTA DOTALIA

SIMPLICIA ET MIXTA OBTINEAT?

Quicquid igitur in pactis nuptialibus, praeter  
lucranda dotem vel donationem propter nuptias, circa  
futuram coniugum *successionem* disponitur, non tan-  
tum vsque ad mortem reuocabile est, siue reuocatio  
1) per aliquam vltimae voluntatis speciem; siue 2)  
alia quacunque ratione fiat; sed etiam 3) omnem effe-  
ctum perdit, si liberi relictii fuerint a). Vnde consequi-  
tur, sententiam communiter receptam, qua *pacta coniu-  
gum successoria* distinguuntur in ea, quae in vim *contra-  
ctus*, & quae in vim *vltimae voluntatis* ineuntur (§. XIV.)  
iure Francofurtensi penitus reprobantur; eiusque ordina-  
tionem magis ad opinionem illorum accedere, qui nul-  
la alia pacta pro *irreuocabilibus* habent, quam quae *doti* &  
dona-





donationi propter nuptias modum ponunt, *successoria* autem indistincte pro *reuocabilibus* (d. §. XIX.), hac tamen differentia, quod ad pacta, de successione coniugum *hereditaria* disponentia, *nullis testibus* opus sit, quippe de quo requisito alium in *Reformatione* est silentium; cum alias *quinque* ad minimum necessarii putentur b).

a) Facit huc paroemia: *Kinder - Zeugen bricht Ebestiftung*; de qua vid. HERTIVS & EISENHARDT. Quamuis vero illa alias de capite successione, in casum, si matrimonium *improle* fuerit, determinatae, accipi solear: tamen, cum nostra *Reformatio* generatim & simpliciter *existentiam liberorum relictorum* tanquam modum solvendi pacta *nuptialia* proponat, illa eum etiam casum, quo liberis e. g. nominatim de *legitima* prospectum est, completitur. Ceterum qui liberos suscepit quidem, sed viuus amisit, *sine liberis* decessisse videtur. L. 17. §. 7. ff. ad SC. Trebell. add. D. ORTHIVS ad P. III. Tit. II. §. V. pag. 21.

b) Errant igitur procul dubio, qui conuentam in pactis nuptialibus coniugum successione[m] ex regulis *mortis causa donationis* aestimare volunt. Quamuis D. ORTHIVS loc. cit. pag. 20. cautelae loco suadeat; vt propter dissentum doctorum saltem tres testes adhibeantur, quippe qui, si ex ordine *senatorio*, vel *ciuium* numero, sunt, iure *Francofurtano* ad mortis causa donationem sufficiunt, REFORM. P. IV. Tit. XIII. §. III.

§. XXX.



## §. XXX.

AN LUCRIS CONIUGVM STATVTARIIS AB ALTER-  
VRO CONIVGE DEROGARI POSSIT?

Quemadmodum vero hactenus dicta neque ad ea, quae de dote & donatione propter nuptias placuerunt, neque ad adhaerentem, cuius pars dimidia vnicuique coniugi iure domini proprio competit, pertinent: ita insignis oritur quaestio: an, si in pactis nuptialibus successio coniugum statutaria (§. XXV.) est confirmata, ea, quae §. praeced. de reuocabilitate pactorum successoriorum dicta sunt, pariter obtineant? Est quidem locus in REFORMAT. P. V. Tit. VII. §. 1. sq. qui rem conficere videtur, & ita habet: *Würde sich auch zutragen, daß der Ehemann dem Weib, oder das Weib dem Mann, dasjenig, so ime in den Heuraths-brieffen verschrieben, oder sonst von wegen dieser unser Reformation gebüret, aus gefaster Graeme, durch sein Testament oder andern letzten Willen, entziehen, oder sonst schmaelern wolte, unverschuldeter Sachen: So ordnen und wollen wir, daß solches alles krafftlos und nichtig seyn, und also (wann die Faelle sich zutrügen) erkannt werden solle. Doch stebet ihr jedem bevor, und frey, in andern seinen zugebrachten, auch seinem halben Theil der errungenen Güter, nach seinem Gefallen zu testiren, oder zu verschaffen. Sed cum alia statuti nostri loca aliud statuere, & speciatim facultatem testandi super lucris coniugum statutaris permittere videantur,*





ingens de conciliandis his textibus a plurimis annis extitit disputatio a), donec per aliquoties iam laudatum *SCrum de XXI. Sept. c. 10. 1000. l. VIII.* illa sequentem in modum est composita: Daß 1) wann ein Ehegemaecht vor dem andern verstirbt, und Ehepacten vorhanden, man alsdann es bey demjenigen, was die Reformation part. 5. tit. 4. §. 2. und in dem daselbst angezogenen dritten Theil, unterm zweyten Titul, von bedingten Heurathen und Heurathsbriefen disponiret, lediglich bewenden lasse b). Und wie 2) nach Anleitung des 4ten Tituls im 5ten Theil der Reformation, die portio coniugum statutaria, so wohl in casu testati als intestati, respectiue in der Helffte oder ganzem Nachlaß der Mobilien, und in dem Niesbrauch der Immobilien, doch mit der, wegen des letztlebenden Ehegattens, wenn solcher ein Stiefvatter oder Stiefmutter waere, im 6ten §. nechstberührten Tituls und Theils, beygefügten Restriction, bestehet; die Helffte der Errungenschaft aber jedem Ehegatten obnehin eigenthümlich zugehoeret; also wird auch 3) aus gedachter Reformation part. 5. tit. 7. §. 1. anhero wiederbolet, daß, nach dessen klaren Inbalt, kein Ehegatte dem andern seine, pro diuersitate casus existentium vel non existentium liberorum in dem halben oder gantzen Theil der zugebrachten Mobilien, und dem vsufructu immobilium bestehende Statut-Gebür, wenn nicht der letztlebende dieser durch sein Verschulden verlustig gemacht, durch ein Testament, oder andern letzten Willen, oder son-



sonsten, folglich auch, weder per donationem inter vivos, noch mortis causa, zu entziehen oder zu verringern befugt, sondern solches alles kraftlos und nichtig seyn, und also (wann die Faelle sich zutrügen) erkennen werden solle. Dabingegen 4) dem erstversterbenden Ehegatten in seinen andern, außser der Statut-Gebür hinterlassenen zugebrachten Gütern, nemlich der Proprietaet der Immobilien, oder der seinen Kindern heimfallenden Halbscheid der fahrenden Haabe, salua liberorum legitima, auch in seiner Helffte der Errungenschaft, nach Gefahen zu testiren oder zu verschaffen, frey und unbenommen bleibet.

- a) Argumenta in vtramque partem erudite collecta & expensa legi possunt apud D. ORTHIVM ad REFORMAT. P. II. Tit. VI. §. II. pag. 551. sqq. & P. V. Tit. VII. §. I. sq. pag. 588. sqq. atque IO. SIEGENER dissert. de testatorum potestate in lucra coniugalia pactitia & statutaria occasione Statutor. Francof. P. V. Tit. 4. 5. 7.
- b) Haec loca supra §. XXVII. excerpta sunt.

### §. XXXI.

DE FORMA PACTORVM DOTALIVM EXTERNA, SPECIATIM EORVM IVDICIALI INSINVAZIONE.

Circa formam externam pactorum dotalium nihil peculiare in *statuto nostro* praecipitur. Equidem P. III. Tit. II. §. I. dicitur, *visitatum & laudabilis observantiae esse, pacta ista in scripturam redigi.* Sed nulla inde necessitas. Licet, & scripturam & testes, ad





praecautiendas lites, vtiliter adhiberi, negare nolim. Inprimis vero in causa, cuius supra (§. IX.) mentionem feci, disputatum est: *annon insinuatio iudicialis in casu, quo maritus ultra quingentos solidos lucrari cupiat, sub poena nullitatis desideretur?* Ad probandam affirmatiuam non tantum ius Iustinianaeum, sed etiam Reformatio P. I. Tit. I. §. VIII. vbi statuitur: *insinuationes donationum coram Scabinatu esse perficiendas; sunt adlata.* Verum in pactis, de quibus controuertebatur, vnice de *futura coniugum successione* erat actum. Constitutionem autem Iustiniani ad *pacta successoria* neutiquam pertinere, sed tantummodo ad *lucrum dotis* respectum habere, iam (§. XIX.) probaui. Ea vero, quae ex nostra Reformatione de *insinuatione donationum* allegantur, ad *donationes inter viuos* manifeste spectant: cum *donationes mortis causa*, si quis pacta coniugum successoria iis equiparare velit, nulla iudiciali insinuatione indigeant a).

a) KOHL *de pactis dotal. P. II. §. XXXIV. sqq.* LAVTERBACH *C. T. P. tit. de pact. dotal. §. XII.*

### §. XXXII.

SINGVLARIA NONNVLLA DE PACTIS DOTALIBVS  
EX REFORMATIONE FRANCOVRTENSI.

Coronidis loco quaedam *singularia* adhuc de *pactis dotalibus* ex Reformatione nostra commemorare lubet,





lubet. Sic enim I) nullus est eorum effectus, vt & reliquorum *lucrorum statutariorum*, nisi matrimonium copula *carnali* non minus, quam *sacerdotali*, sit consummatum a). Quamuis enim hoc vniuersim in Germania quondam fuerit receptum; recentiori tamen aetate pleraeque prouinciae vel sola *sacerdotali* copula, vel *imaginario quodam congressu* contentae esse coeperunt, veram matrimonii consummationem minime exigentes b). II) Durante matrimonio *dos & donatio propter nuptias* pro arbitrio quidem augeri, sed neutiquam, ne quidem vtriusque coniugis consensu, minui potest c).

a) REFORMAT. P. III. Tit. III. §. V. *Daß alle Pacta und Geding, so in den Heuraths-Briefen abgeredt worden, anderst nicht verstanden, ihre Wirkung erreichen, noch auch für kvaefftig gehalten werden sollen, es seyen dann beyde Ehegemabln, chrislicher Ordnung nach, oeffentlich zur Kirchen gegangen, ehelichen beygelegen, darauß einander Beywobnung gethan, und also rechtie Eheleut worden.*

b) conf. HEINECCIUS *Element. I. G. Lib. I. §. CCLXXXVII.* & praecipue RVTGERVS NICOLAUS






DE LAVS SLÜTER *de variis matrimonii perfectionibus & eorum effectibus, cap. I. §. XXX.*

REFORMAT. *P. III. Tit. II. §. VI. & VII. ibique*  
D. ORTHIVS.

FINIS.



CCXXIIII & presens  
AVVS



Giessen, Diss., 1766-70

X 2396520

V  
D  
18

ULB Halle

3


007 662 912











4.

E. 24 num. 20.  
1768  
11

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA  
DE  
**PACTIS DOTALIBVS**  
SECUNDVM  
**I V S C O M M V N E**  
ET  
**STATVTVM FRANCOFVRTENSE**  
CONSIDERATIS

D. 39A.

QVAM  
INDVLTV  
ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRIDICAE  
IN ALMA LVDOVICIANA  
PRAESIDE  
**D. FRANC. IVSTO KORTHOLTO**  
ACADEMIAE PROCANCELLARIO

**PRO LICENTIA**  
SVMMOS IN VTROVVE IVRE HONORES  
RITE CAPESSENDI  
DIE XXVI. AVG. MDCCLXVIII.

H. L. Q. C.  
PVBLICO PROCERVVM ACADEMIAE EXAMINI  
SVBMITTET  
AVCTOR  
**GEORGIVS WILHELMVS BVCK**  
MOENO - FRANCOFVRTENSIS.

\* \* \* \* \*  
GISSAE  
EX OFFICINA BRAVNIANA.

